

IOANNI PISHAVRO

A P V D S. D. N.

V R B A N V M V I I I .

P R O V E N E T A R E P V B .

O R A T O R I .

Georgius Michilianus Canonic. Arb. felicitatem

DIVTIVS me continere non potui (Illustrissime, atque Excellentissime Princeps) quin tibi, cum tanta sit magnitudo tuorum erga me meritorum, hoc simplex ac plane nudum supplicis seruitutis meæ officium significarem. Quod ut promptius facerem, ne in animum quidem meum cadere potuit quote maiori, meliorive munere, quam temetipso, tuo scilicet tam admirando nomine, possem cumulare. Et tamen nobilem quis potuisset dextera, maius tamen aut præstantius hoc quod tibi ego homuncio, exhibere certè non potuisset. Quid enim tibi teipso gratius, præstantiusq. esse potest? Summam ergò felicitatem me nactum existimabo, si, ut supplex peto, munusculum hoc quaecunque libenti animo susceperis, meq. in numerosum famulorum gregem adscriperis. Faxit hoc Deus. Supplex interim tuas deosculor manus.

LOANED LIBRARY

1875

THE LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO
1875

ANAGRAMMA.

IOANNES
PISHAVRVS
ORATOR VENETVS
ROMÆ MANET

EN
ROSA ORNATA EOO
ET EN
HEROS NATVS AD
IMPERIŪ

P R O E M I V M.

ITE procul muti lapides Amphionis alta
Mœnia, nec iactet Martia Roma Duces.
Maior Pisaria surgit mihi copia laudis
Quam Leo, quam Fœbus detegit atque Rosa.
O Sol adducto vati cor Numine comple,
O Leo flammanti discute membra face.
O Rosa punge manus florenti, ut vulnere laudes
Principis eloquio concelebremq. lyra.

E P I G R A M M A.

STEMMATA tuum Princeps decoratur Sole, Leone
Atque Rosa. Herois nomen, & omen habes.
Nomina dum tento cartis inscribere nostris
Te Leo, Sol Regem nominat atque Rosa.

EPIGRAMMA.

SOLE rubens primo, primaq. aspersa pruina
En Rosa purpureum pandit odora sinum.

Sic Princeps Venetique vicaria lingua SENATUS

Ad magnum VRBANVM grandia verba refert.

Sol est VRBANVS: sacundam lingua rosetum

Verba quid ex illo cespite nata Rosa?

Aliud de eadem Rosa.

EPIGRAMMA.

SOLE Rosa gaudent, illis apis incluta gaudet:

Non apis absque Rosa, Sole nec ista caret.

Nobile coniugium Rosa erit cum coniuge Sole;

Et Rosa apis coniux, mella quidinde fluunt?

O Rosa sic vernas, sic fundas flamina, succos

Vnde irahas blandi roris amica parens.

De Solis radijs in Stemmate.

EPIGRAMMA.

QUIS QVIS ab Eoo rediuium surgere Solem
Cernis & aurifera spargere luce diem.
Nec tamen occidui spectas confinia mundi,
Funera nec Solis deficientis habes.
Desine mirari, splendor virtutibus ortus
Occidua nescis squallida tecta domus.

De Leone in Stemmate, pede
Rosam tenente.

EPIGRAMMA.

EN Leo. Massyle quondam populator arena
Natiua placidus nil feritatis habet.
Pes Lethi sedes mortisq. immane theatrum
Cernitur in rutilas degenerasse rosas.
O monstrum insalutum, Princeps tibi contigit vni
Vnde alij mortem, tu legis ipse rosas.

Aliud

Aliud de eodem Leone in Stemmate .

EPIGRAMMA .

QUIS sibi tam mitem postea feritate Leonem
Præstantemq. leui protulit ungue rosam ?

Non hic Hyrcanis venit mansuetus ab antris

Nec Nemees talem pallida sylua dedit .

Non Leo flammarum Cali metuendus in ira

Hunc peperit, rutilas nam parit ille neces .

Est Veneti frater placidissimus iste Leonis

Eddidit hunc Veneti nobilis ora maris .

Ille ferox armis populos dominatur in omnes

Hic hominum placidus pectora amore regit .

Aliud de eodem Leone .

EPIGRAMMA .

FOEDERE concordi lucet Rosa iuncta Leonis

Estq. Leo mitis, & Rosa facta ferox .

Iam bene conueniunt, unaq. in sede morantur

Maiestas placida cum probitate grauis .

Ante impacatas nullaq. in sede sodales

Principis ingenium conciliaffe puta .

Ad

Ad Stemma.

STEMMATA quæ cerno sat Regum onerata decore
Vos quis ad æthereum desinet arte solum?

Regia vos auri fuluo commixta colore

Pondere perpetuo lilia condecorat.

Scilicet hæc deerant tanta præconia laudi

Regibus ut castis lilia casta foret?

Princeps hæc faciet dederunt cui nomina robur:

Fælix cui dorsum tale fatigat onus.

EPILOGVS.

REX mundi est Fæbus: Rex inclytus est Leo: flores

Inter odoratas Regia sola Rosa est.

Tres uno es mundi complexus stemmate Reges,

O decus Heroum, natus ad Imperium.

